DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS

D E

OFFICIO JUDICIS.

PRincipio rerum, gentium nationumque imperium penes Reges erat, quos ad fastigium hujus majestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat. Populus nullis legibus tenebatur, arbitria Principum pro

legibus erant, ut tradit JUSTINUS Hist. Philip. & ex Trogo Pomp. lib. I. cap. I. exinde apparet, quod eo tempore regna non erant hereditaria sed electitia, sed longo intervallo interjecto Reges abutentes sua potestate, electitiam successionem in hæreditariam mutarunt, & leges publicas & privatas condiderunt, secundum quas judices ab illis creati, jus reddere debebant unicuique, de quibus jam agere decrevi.

THE-